

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Stultifera navis**

**Brant, Sebastian**

**Paris, 1498**

Regnum christi

[urn:nbn:de:bsz:31-65093](#)

## CXLVI

Mox Romę regum diadema; decemq; uiratus  
 Imperium extinctum est; spretus ut ordo fuit.  
 Prębuerat primum speciemq; tirannidis; ut se  
 In ueritum Cęsar fecerat imperium.  
 Sic etenim ablata pardi ditione, & achiua:  
 Gręcorum Romanam sceptrum, & habena uenit.  
 Nęq; monarchię cuncte licet ordine certo:  
 Plurima sub sceptris regna habuere suis.  
 Non tamen in toto dominatę protinus orbe:  
 Nec sua tam late fluxit ubiq; manus.

**Regnum christi.**  
 Donec uerbigena rursus sub principe christo:  
 Iure suo, rediit machina tota deo.  
 Qui cunctis regnis cessantibus, atq; monarchis;  
 Ad solum christum regio sceptra tulit.  
 Totius estq; ad eum mundi reuoluta potestas:  
 In celo & terris sunt data cuncta sibi.  
 Sic quoq; cesarunt regna usurpata tirannis:  
 Cunctorum regum nam titulum ipse tulit  
 Et merito: domini terra est: per eumq; gubernat  
 Reges: atq; ad eum pertinet omne solum.  
 Hinc sequitur: q; prescrispsit sibi nullus ubiq;  
 Cum uitio, atq; mala, iura aliena, fide.  
 Siue igitur prima penses ab origine regna:  
 Illa sibi dederant principium absq; deo:  
 Sic titulum, iustumq; fidem tenuisse nequibunt:  
 Temporis excusat nec bene cursus eos.  
 Siue a carniero repetemns principe: christo  
 Soli debentur regia sceptra soli.  
 Rege sub hoc potuit, regis nomen, titulum ue  
 Nemo aliis iusto: sumere principio.  
 Nec nos commoueat Cęsar cum posteritate  
 Qui regna & terras detinuere diu.

t.ii.

I.ii.ff. de orig.  
 iur.  
 de hoc Paulus  
 Orosius &  
 Suetonius

xxx V. dist. ab  
 exordio.  
 Esaię.iii. & V.  
 Daniel.ii.ad fi.  
 Math.x.  
 Ad heb.ii.  
 Sach.ix.  
 p sal.ixxi.  
 Math.xxii.  
 Luce.i. & xxiiii  
 psal.xxiii.  
 Prouer. viii.  
 c.uigilanti. &  
 c.fi.de prescrip.  
 Danie.iii.  
 c.quis.xxi.dist.  
 pb.p.l.cum he  
 res.ff.de diuer.  
 prescrip.  
 Adephe.V.  
 i.pe.iii.in fi.  
 xxi.dist. i nouo.  
 xxiiii.q.i.loq;.i.  
 l.cū querebat  
 C.unde ui.

Folio

- l.uicīa.C.de  
 ac.poss.  
 Inno.in c.bo  
 ne.ii.de post.  
 p̄la.archi.in c.  
 uolum<sup>9</sup>.x Vi.  
 q.iii.  
 Esaiē.xii.  
 i.Corinth.x.  
 Geñ. ix. & .xiiii  
 xxiiii.q.i.quod  
 cunq.  
 xix.dist.c.itā  
 dñs c.ubī pīcu  
 lū de elec.li. Vi  
 Ioh.xx.  
 Math.x Vi.  
 xxii,dif.omnes  
 xIV.ist.tria.  
 xc Vi.dī.cōstā/  
 tinus.de elec.  
 fundamenta  
 li.Vi.  
 in aut.ut deter  
 sit nu.cle.post  
 prin.  
 xxx V.dif.ab  
 exordio.  
 l.sí unus.ff.de  
 pact.  
 in extrauagan.  
 bonifa.Viii.  
 unā sanctam.
- Vsurpata etenim fuerant:possessa nephande  
 Absq̄ bono titulo:legitimoq̄ modo.  
 Siue ideo Augustum repetas:omnem uel Iuli  
 Progeniem:aut flauios,Anthoniōs ue pīos.  
 Hi Constantini magni usq̄ ad tempora:christi  
 Regna:usu illicto prēripuere sibi.  
 Christus nempe fuit solus rex uerus:cicq̄  
 Debetur mundi fabrica iure suo.  
 Ipse futurorum faciens pontem:ipse sacerdos  
 Ordine Melchisedech.prēgenitusq̄ deo.  
 Quo fit,ut ad christum,celi terreq̄ potestas:  
 Pertineant soli,regnaq̄ cuncta sibi.  
 Qui petro,atq̄ aliis sibi successoribus:illas  
 Commisit totas,tempus in omne,uices.  
 Quodcunq̄ in terris ait optime petre ligabis:  
 Hoc etiam in celis uincula firma geret.  
 Solueris & si que nexu:nodum ue relaxes:  
 Hec eadem in celo(crede)soluta manent.  
**Constantinus magnus.**  
 Id Constantinus cognouerat induperator:  
 Atq̄ bonam agnouit,constituitq̄ fidem:  
 Dum capit a petri sibi successore coronam:&  
 Imperium:regni tum redit ordo boni.  
 Tum uero effectu christus regnare:caputq̄  
 Cuncorū cepit esse hominum,atq̄ ducum:  
 Tum cum principio,finis quadrabat:& alpha  
 Omega coniunctum:lexq̄ modus rediit.  
 Compertumq̄ fuit Christum caput esse:habituoq̄  
 Atq̄ actu gladium porrigerē ancipitem.  
 Sic ueri regesq̄ duces:quicunq̄ fuere  
 Interea:a petro scepta tulere sua:  
 q̄ si forte aliquis,petro sine,regna recepit:  
 Ille usurpator,prēdoq̄ furq̄ fuit.

Non etenim  
 Ordine se  
 Sicut amille  
 Romana  
 Rex sit ut in  
 Esse hund  
 Arq̄ ab eo in  
 Tutorē  
 Vngitur ic  
 Pontific  
 Hec sunt ill  
 Magna:  
 Maius quip  
 Atq̄ ani  
 Quodc̄ m  
 Corpor  
 His ordō  
 Maiori/  
 Quicq̄ pot  
 Displice  
 Ro  
 Vir desider  
 Cuncta h  
 Quando le  
 Deinde e  
 Quā tamen  
 Ordo fui  
 Bestia quart  
 Vīla est:cu  
 Diffimilis reli  
 Rictus era  
 Cornua mag  
 E medio i